

Epistole Hieronymi

Hecce Hieronymi ad Athletam de institutione filie docentis, qualiter educanda: cui nutriri committenda sit: quomodo in timore domini et bonis moribus imbuenda. et a qualib[us] preceptor[um] erudienda: monentis eam grandiusculam a fuso: a frequentia virorum: a balneis: musicalantiori coniunctu et vino cohiberi. In vitoribus operibus manu ac moderatis ieiunijs exerceri: lectionib[us] diuinor[um] ac probatoꝝ auctorum institui. Ac docentis in quib[us] potissimum libris debeat oblectari.

Epistola.

Beatissimus apostolus Paulus scribebat ad Corinthios. et rursum Christi ecclesiam sacris instruens disciplinis: inter cetera mādata hoc quoq[ue] p[ro]posuit dicens. Si qua mulier habet virum infidem. et hic presentit habitare cum ea: nō dimittat virum. Sanctificat est enim vir infidelis per mulierem fidem. et sanctificata est mulier infidelis per virum fidem. Alioquin filii nostri immūdi essent: nūc autem mūdi sunt. Sicut forte hacten[us] vtebant[ur] nimium discipline vincula laxata. et p[re]ceptis indulge[re] p[re]ceptor[um]. Considerer domum patria tui clarissimi quidem et eruditissimi viri: sed adhuc ambulatis in tenebris. et intelliget consilium apostoli illud p[ro]fessisse: ut radicis amaritudinem dulcedo fructuum temperaret et viles virgule balsama p[re]ciosa sudaret. Tu enim es nata de impari matrono. De te et Corotio Paula generata est. Quis hoc crederet ut Albinus p[ro]tiscis neptis de permissione martyrum filia nasceret. ut putem q[ue] etiam gaudente auro: adhuc parvula lingua balbutientes Christi alleluia decitaret: ut fuginem dei in suo gremio nutrita senex. Et bene foeliciter expectauimus. Sancta et fidelis dominus unum sanctificat in fidem. Landidat est fidei quem filior[um] et nepotum turba circumdat. Ego puto etiam ipsum Iouem si habuiss[et] talem cognitionem potuisse in Christo credere. Despiciat licet et irrideat epistolam meam. et me stultum et insanum clamet: hoc et gener ei faciebat prius q[ue] crederet: sūt non nascitur christiani. Auratum squallet capitolium. Fuligine et aranearum telis oia Roma templa cooperta sunt. Non uetus sedibus suis. et inundatis populus ante delubra semiruta currit ad martyrum tumulos. Si non extorquet fidem prudenter: extorqueat saltem verecudia. Hoc Athleta religiosissima in Christo filia dictum sit: ut non desperes parvitis salutem. et eadem fide q[ue] meruisti filiam. et patrem recipias: totaque domus beatitudine perfruaris: sciens illud a domino re promissum. Que apud homines impossilia apud deum possibilia sunt. Nunc sera confessio. Latro de cruce transiit in pa-

¶ Epistole

radisum Nabuchodonosor rex Babylonis post effrationem corporis et cordis et beluarum in heremo conictum. mentem recepit sanam. **E**t ut omittam vetera. ne apud incredulos nimis fabulosa videantur. ante paucos annos propinquus noster Bacchus nobilitatem patritiam sonans nomine. cum prefecturam regeret urbanam. nonne specum matre et omnia portentiosa simulachra. quibus Corax Niphus miles Leo pereses. helios Bromius pater iniciantur. subuertit. fregit et his quasi obsidibus ante premisis impetravit baptismum christi. Solitudo dinem patitur et in urbe gentilitas. **D**uj quondam nationum cum bubonibus et noctuis in solis culminibz remanserunt. Uxilla militum crucis insignia sunt. Regum purpuras et dentes diadematū gemmas patibuli salutaris pictura co-decorat. Jam egyptus. olim Berapis Christianus factus est. Naras gaze luget inclusus. et euersionem templi iugiter pertimescit. **D**e India. Perside. ethiopia monachorum quotidie turmas suscipim. Depositus pharetras armenius. Vani discutqz psalterium Scythiqz frigora feruent calore fidei. Herarum rutilus et flavius exercitus ecclesiarum circifert tentoria. et ideo forsitan contra nos equa pugnant acie. quia pari religione confidunt. Pene lapsus sum ad aliam materiam. et currēte rota dum viceum facere cogito. amphoram sumpit manus. **P**ropositum enim mihi erat sancte Marcellae et tuis precibz iniciatum ad martyrem. id est ad te sermonem dirigere. et docere quomodo instituere paulam nostram debeas. que prius in Christo consecrata est qz genita. quam ante nostri qz in utero concepisti. **V**idimus aliquid temporibus nostris de propheticis libris. Anna sterilitatem alii foecunditate mutauit. Tu luctuosam foecunditatem vitalibus libris comutasti. confidens loco accepturam te filios. que primum foetum domino redidisti. Ita sunt primogenita que offeruntur in lege. **S**ic natus est Samuel. sic ortus Sampson est. et sic Joannes baptista ad introitum Marie et exultauit et lusit. **A**udiebat enim verba domini per os virginis pertonantis. et de utero matris in occursum eius gestiebat irrumperet. **I**gitur que de reprobatione nata est. dignam habeat ortu suo institutionem parentum. **S**amuel nutritur in templo. **J**ohnes in solitudine preparatur. Ille sacro crine venerabilis est. vim et siceram non bibit. adhuc parvulus cum domino sermocinatur. hic fugit urbes. zona pellicea cingitur. locustis alitur. et melle siuestri. et in typum poenitentie predicande tortuosissimi animalis vestitur exuixs. **S**ic erudienda est anima que futura est templum dei. nihil aliud discat audire. nihil loqui. nisi quod ad timorem dei

Hieronymi

pertinet. **T**urpia non intelligat. cantica mundi ignoret. **A**dhuc tenet
lingua psalmis dulcibus imbuatur. **P**rocul sit etas lasciva puerorum.
ipse puerum et pedissequaz a seculari bus consortus arceantur: ne quod ma-
le didicerunt peius doceant. **I**tant ei littere vel buxaz. vel eburneaz. et sus-
ionibz appelletur. **L**udat in eis. vt ludus eius eruditio sit. et no-
solum ordinem teneat litterarum et memoriam nominum. et cantica traxe-
at. sed ipse inter se crebro ordo turbetur. et medius ultima. primis media
misceantur. vt eas non sono tantum. sed visu nouerit. **C**um vero coepe-
rit trementium stilum in ceram ducere. vel alterius supraposita ma-
nu tencri regantur articuli. vel in tabella scilicet pantur elementa. et per eos
dem sulcos marginibus trahantur vestigia. vt foras non queant euaga-
ri. **S**yllabas iungat ad purum. et quibus illa etas delectari potest. mu-
nusculis inuitetur. **H**abeat et in discedo socias. quibus inuiteat: qua-
rum laudibus morezuratur. non obiurganda est si tardior sit. sed laudis
bus excitandum est ingenium. vt viciisse gaudeat. et victa doleat. **C**auen-
dum in primis ne oderit studia. ne amaritudo eorum percepta in infan-
tia ultra rudes annos transeat. Ipsa nomina per quae consuevit paula-
tim verba contegere: non sunt fortuita. sed certa et coacterata. de industria
videlicet prophetarum et apostolorum. et omnis ab **A**dam patriarcha-
rum series. de **M**attheo **L**ucaqz descendat. vt dum aliud agit futurum me-
moriqz preparetur. **M**agister probet etatis et vite conditionisqz est dili-
gendus. nec poterit erubescere vir doctus id facere in propinquia vel no-
bili virgine: quod Aristoteles fecit in **P**hilippi filio. vt ipse in librari-
orum utilitate initia monstraret litterarum. Non sunt contemnenda
quasi parua: sine quibz magna constare non possunt: ipse elementorum
ordo. et parua institutio preceptorum. aliter de erudito. aliter de rusticico
ore profertur. **U**nde et tibi est prouidendum. ne ineptis blanditijs soe-
minarum. dimidiata dicere verba filiam consuecas. et in auro atqz pur-
pura ludere. quorum alterum lingue. alterum moribus officit. ne discat
in tenero. quod ei postea dediscendum est. **B**rachiorum eloquentie mul-
tum ab infancia sermo matris cotulisse scribitur. **N**ostrely oratio inter
paternos sinus coaluit. **D**ifficulter raditur quod rutes animi perhibe-
runt. **L**anarum conchylia quis in pristinum colorem reuocet. **R**ecens
testa diu et saporem retinet et odorem. quo primum imbuta est. **G**reca nar-
rat historia **A**lexandrum potissimum regem orbis dominatorem. et
in moribus. et in incessu **L**eoniidis peda gogi sui non potuisse carere vi-
tis. quibus adhuc parvulus fuit infectus. Proclius est enim malorum

¶ Epistole

Emulatio. et quorum virtutes assequi nequeas. cito imitaris vicia. **Tu** trix ipsa non sit tenacula. non lasciva. non garrula. habeat modestam gerulam. nutritum granem. Cum autem viderit in pectus eius transiliat. et collo depeteat. nolenti alleluia decantet. Rapiat eam auia. patrem risib⁹ agnoscat. sit omnib⁹ amabilis. et vniuersa ppinqutas rosa ecclesie signata gaudeat. Discat statim quam alteram habeat auiam. quam amitam. cui imperatori. cui exercitui tyrricula nutriatur. illas desideret. At illa tibi innitetur ab excessu. ipse habitus et vestibus deceat ei cui promis sa sit. Caeue ne aures ei⁹ perfores. ne cerusa et purpurisso coſecrata Christo ora depingas. nec collum auro et margaritis premas. nec caput gemmis oneres. nec capillum irruſſes. et ei aliquid de gehenę ignibus auspiceris. Habeat illas margaritas quibus postea venditis emptura est preciosissimum margaritum. Preterata nobilissima quondam foemina. iubente viro Hometio. qui patrius Eustochij virginis fuit. habitudinem eius cultumq; mutauit. et neglectum crimen mudano more texuit vincere cupiens et virginis propositum et matris desiderium. et ecce si bi eadem in nocte cernit venisse angelum terribili voce minante poenas et hec verba frangantem. **Tu** ausa es viri imperium preferre Christos. **Tu** caput virginis dei tuis sacrilegis attractare manibus. que iam nūc arescent. ut sentias excrucia quid feceris. et finito mense quinto ad inferna ducaris. **Hin** autem perseveraueris in scelere. et marito simul oraberis et filijs. Omnia per ordinem expleta sunt. et seram misere poenitentiam velox signauit interitus. **Dic** vlciscitur Christus violatores templi sui. sic gemmas et preciosissima ornamenta defendit. et hoc retuli. non q; insultare velim calamitatibus infeliciū. sed ut moneam cum quanto metu et cautione seruare debeas quod deo spopondisti. **Veli** sacerdos offendit deum ob vicia liberorum. **Episcop⁹** fieri non potest qui filios habuerit luxuriosos. non subditos. et econtrario de muliere scribitur. **Oz** salua fiet per filiorū generationem. si permanserit in fide et charitate et sanctificatione cum pudicitia. **Si** perfecta gas et sui iuris imputatur parētibus quanto magis lactens et fragilis. que iuxta sententiam domini ignorat dextram ac sinistram. id est boni et mali nescit differentiā. **Si** sollicita prouidet. ne filia percutiatur a viperā. cur non ea dem cura prouideas. ne scriatur a malleo vniuersę terre. ne bibat de aereo calice Babylonis. ne egrediatur cum Dina. et velit videre filias regionis alienę. ne ludat pedibus. ne trahat tunicas. **Venena** non dantur nisi melle circumlitā. et vicia non irrepunt nisi sub specie vmbraq;

Hieronimi

virtutum. Et quomodo inquies. peccata patrum filii non redditur.
 nec filiorum parentibus. sed anima que peccauerit. ipsa morietur. Hoc
 de his dicitur qui possunt sapere. de quib[us] in euāgelio scriptū est. Acta
 tem habet. loquatur per se. Qui autem parvulus est. et sapit ut parvulus.
 donec ad annos sapientie. et Pythagoree literæ. y. cum perducat ad bis
 uium. tam bona eius e[st] mala parentib[us] imputantur. Nisi forte existi-
 mas christianorum filios. si baptismus non receperint. ipsos tamē reos
 esse peccati. et nō etiam scelus referri ad eos qui dare noluerint. maxime
 eo tempore quo cōtradicere non poterat qui accepturi erant. Si in re-
 gione vite salus infantium maiorum lucrum est. offerre filiam potesta-
 tis tu[us] tu[us] fuit. q[ui]q[ue] alia sit tua conditio que p[re]ius eam nouisti e[st] concipe-
 res. et autem oblata nō negligas. ad periculum tuū pertinet. Qui clau-
 dam et inutilem qualibet sorte maculatam obtulerit hostiam sacrilegij
 reus est. quanto magis qui partem corporis sui. et illibate anime puritas
 tem regis amplectib[us] parat. si negligens fuerit punietur. postq[ue] grandis
 uscula esse coepit. et in exemplu sponsi sui crescere sapientia. etate et gras-
 tia apud deum et homines. perga ad templum veri patris cum parenti-
 bus suis. sed cum illis nō egrediatur de templo. Querat eam in itinere
 seculi inter turbas et frequetiam propinquorum. tuisq[ue] eam alibi re-
 periant nisi in adūetu scripturarum prophetarum et apostolorum de spiritua
 libus nuptijs sciscitatem. Imitetur Mariam quam Gabriel solam in
 cubiculo suo reperit. et ideo forsitan timore perterrita. quia virum quem
 non solebat aspexit. emuletur eam de qua dicit. Omnia gloria eius filie
 regis abiit. Loquebat et ipsa electo charitatis iaculo vulnerata. In-
 traduxit me rex in cubiculum suū. Numq[ue] exeat foras. ne inueniat eam
 qui circumeat ciuitatem. ne percutiat et vulneret. et auferat spūm pudi-
 citie. et nudam in sanguine derelinquit. quin potius cum alijs ostium
 ei pulsauerit. dicat Ego mur[us]. et tubera mea turris. laui pedes meos. nō
 possum inquinare eos. Nō vescit in publico. id est in parētum coniunctio
 ne videat cibos q[ui]s desideret. Et licet quidam putet maioris esse fortis.
 presentem cōtemnere voluptatem. tamē ego arbitror securioris cōtinē-
 tie esse necire q[ui]d querat. Legi quondam in scholis puer. Egre reprohen-
 das quod simis coluisse. Discat iam nūc et vinum nō bibere in quo est
 luxuria. Ante annos robuste etatis periculosa est teneris et grainis ab-
 stinētia. visq[ue] ad idem temp[us] si necessitas postulauerit et balneas ateat. et
 vino viatur modico ppter stomachum. et carniū edulio sustentet. ne pri-
 us deficiat pedes q[ui]curre incipiāt. et h[ab]eo iuxta indulgentiā. nō iuxta uno-

¶ Epistole

perum.timens tebilitatem.nō docens luxuriam.alioquin quod iudaica supersticio ex parte facit in refectione quorundam animalium atque elcarum.quod et ludorum Bracmanes. et egypciorum. **H**ymnophis in pollutionem et orizet et pomorum solo obseruant cibos: cur virgo christi non fastiat in toto? **D**i tanti vitrum. quare non maioris sit precij margaritae? **N**on nata est ex promissione sic vivat. vt illi dixerit. qui de re promissione generati sunt. **A**equa gratia equum habeat et laborem. **G**urda sit ad organa tybia. lyra. cythara: cur facta sint. nec fiat? **R**eddat tibi quotidie pessum de scripturarum floribus sertum. **D**iscat grecorum versuum numerum. sequitur statim et latina eruditio. que si non ab initio os tenerum composuerit. in peregrinum sonum lingua corripitur et extensis vitijs sermo patrius sordidatur. **T**e habeat magistrum. te viridis initetur in infantia. nihil in te et in patre suo videat. quod si fecerit. peccet. **N**emete te vos paretes virginis. et id scitote. magis eam exemplis doceri posse quam voce. **C**ito flores perenit. cito violas et lilium et crocum pestilens aura corrupit. **N**unquam abs te procedat in publicum. **B**asilicas martyrum. et ecclesias sine matre non audeat. **N**ullus ei inueniens. nullus cincinnatus arrideat. **V**irgiliarum dies et solenes pernoctationes sic virgincula nostra celebret. vt ne trasuerso quidem vngue a matre discedat. **N**olo de ancillulis suis aliquam plus diligat. cuius crebro auribus susurret. **Q**uicquid vni loquitur. hoc omnes sciunt. **P**laceat ei comes non comprenescit formosa atque lascivia. que liquido gutture carmen dulce moduletur sed grauis. pallens. sordidata. subtristis. proponatur ei probet fitei. ac morum et pudicitiae virgo veterana. que illa doceat. et assuescat exemplo ad orationes et psalmos nocte consurgere. mane hymnos canere. tercia. sexta nona hora stare in acie quasi bellatricem christi. **A**ccensaque lucerna redire sacrificium vespertinum. **S**ic dies transeat. sic nox illam inueniat laboratem. orationi lectio. lectioi succedat oratio. **B**reue videbitur tempus. quod tantis dierum varietatibus occupatur. **D**iscat lanam facere. te nere colum. ponere in gremio calathum. rotare fusum. stamina pollice ducere. spernat bombicum telas. sericii. vellera. et aurum in fila lentescessat. **T**alia vestimenta portet quibus pellatur frigus. non quibus vestita corpora nudetur. **C**ibus eius olusculum sit et simila. caroque et pisciculi. **E**t ne gule per recepta longius traham. de quibus in alio loco pleniussimis locutus. sic comedat ut statim esuriat. ut statim post cibum possit legere et psallere. **D**isplicent mihi (in teneris marime etatibus) longa et immo-derata ieunia. in quibus iunguntur hebdomades et oleum in cibo. ac potina

Hieronimi

vetantur. Experimento didici. a fellum in via cum lassus est. diuerticula querere. Faciant hoc cultores **I**dis et **C**ybele. qui gulosa abstinentia phasites aues. ac fumantes turtures vorant. ne scilicet cerealia dona contaminent. hoc in perpetuo ieiunio sit preceptum. ut legitimi itineris viae perpetuo superetur. ne in prima mansione currentes. corruamus in medijs. Ceterum ut ante scripsi. in quadragesima continentie vela pendenda sunt. et tota aurige rheticula equis laxata properabitibus. Quanquam alia sit conditio secularium. alia virginum et monachorum. Secularis homo in quadragesima ventris ingluviem decoquit. et in cochlearum morem suo ipse succo sustentatur. ut futuris dapibus ac sagine aliquantulum parcat. Virgo et monachus sic in quadragesima cibos dividunt. ut sibi meminerint semper esse currendum. Finitus labor moderationis. infinitus immoderatio est. Ibi enim respiramus. hic perpetuo incedimus. Sed quando ad suburbana pergis. domi filiam non relinquis. nesciat sine te posse viuere et cum sola fuerit. pertimescat. non habeat colloquia secularium. et malarum virginum contubernia. Non interdit nuptias seruulorum. neque familię perstrepitus lusibus misceatur. Hocce precepisse quosdam. ne ergo christi cum eunuchis lauet. nec cum maritatis feminis. quia aliij non deponant animos virorum. alię tumenibus veteris preferant seditatem. Nisi omnino in adulta virgine lauacra displiceret. que seipsum debet et erubescere. et nudam videre non posse. Si enim vigilis et ieiunis macerat corpus suum et in seruitutem redigit. si flammam libidis et incentiis feruentius extingue recipit continentie frigore. si appetitus sordidus turbare festinat naturalem pulchritudinem. cur econtrario balnearum fomentis sopitos ignes suscitatur. Pro gemmis et serico diuinios codices amet. quibus non auri et pellis Babyloniae vermiculata pictura. sed ad fidem placeat emendata et erudita distinctio. Discat primo psalterium. his se canticas sanctam vocet. et in Proverbis Halomonis eruditatur ad vitam. In Ecclesiasten consuecat que mundi sunt calcare. In Job virtutis et patientie exempla se ceterunt. Ad euangelia transeat. Jamque ea positura de manibus apostolorum acta et epistolas tota cordis imbibat voluntate. Cumque pectoris sui cellarium his opibus locupletauerit. mandet memorie prophetas **P**enthalicum et **R**egum et **P**aralipomenon libros. Esdras quoque et **H**ester volumina. Ad ultimum sine periculo discat **C**anticum cantorum quem si in ecclasio legerit. sub carnalibus verbis spiritualium nuptiarum epithalamium non intelligens. periculum est ne vulneretur. Caveat om-

¶ Epistole

nia apocripha. Et si quando ea nō ad dogmatū veritatem, sed ad signos
rum reuerentiam legere voluerit, sciat non eorum esse quorum titulis
praeconantur. Multaq; his admixta vitiola, et grandis esse prudentie
aurū in luto querere. Cypriani opuscula semper in manu teneat. Atha-
nasij epistolæ, et Hilarij libros inoffenso currat pede. Illorum tractatis
bus, illorum delectetur ingenij, in quorum libris pietas fidei non va-
cillat. Ceteros sic legat, ut magis iudicet q̄ sequat. Respondebis. Quo
modo hec omnia mulier secularis in tanta frequentia hominum Ros-
me custodire potero? Noli ergo subire onus quod ferre non potes, sed
postq; ablactaueris eam cum Isaac, et vestieris cum Samuele mitte
auie et amit. Redde preciosissimā gemmam Marię, et cunis Iesu va-
gientis impone. Nutriliatur in monasterio, sit inter virginum choros,
uirare non discat, mentiri sacrilegium putet, nesciat seculum, viuat an-
gelice, sit in carne sive carne. Omne hominum genus sui simile putet.
et ut cetera taceam, certe te liberet seruandi difficultate, et custodie peri-
culo: melius est desiderare absentem q̄ pauere ad singula, quid loquatur:
cum quo loquatur, cui annuat, quem libenter aspiciat. Trade Eustochio
parvulam, cui nunc et ipse vagitus pro te oratio est, trade comitem san-
ctitatis futuram heredem, illam videat, illam amet, illam primis mere-
tur ab annis, cui et sermo et incessus et habitus doctrina virtus est. Sit
in gremio auie, que repeat in nepte quicquid premisit in filia, que lon-
go viso didicit nutritre, seruare, docere virgines, in cuius corona centena-
rij quotidie numeri castitas texitur. Felix virgo, felix paula, Loxotij,
que per auie amite q̄ virtutes nobilior est sanctitate q̄ genere. Si tibi
contingeret locrum et cognatam tuam cernere, et in paruis corporis cul-
lis ingentes animos contuereris, pro insita tibi pudicitia non ambige-
rem quin prececeres filiam, et primam dei sententiam in secundam euange-
lij legem mutares, et parviperdes aliorum desideria liberorum, et teip-
sam magis offerres deo. Sed quia tempus est amplexandi et tempus lon-
ge fieri a complexibus, et ipso non habet potestatem corporis sui, et unus
quisq; in qua vocatione vocatus est in ea permaneat in domino, et qui
sub iugo est, ita debet currere, ne in luto comitem derelinquit, totum red-
de in sobole, quod in te interim distulisti. Anna filium quem deo voie-
rat, postq; obtulit in tabernaculo nunq; recepit, indecessus arbitrata, ut
futurus propheta in eius domo cresceret, que adhuc alios habere cupie-
bat. Deinde postq; concepit et peperit, non est aula ad templum accede-
re, et vacua apparere coram domino, nisi prius redebet quod debebat.

¶ Hieronymi

taliquz immolato sacrificio, reuersa domum, quinqz liberos sibi genuit, qz primogenitu deo peperat. Miraris felicitate sancte mulieris, imis tare fidem. Ipse si Paulam miseris, et nutritum et magistrum sponte deo: gestabo humeris, balbutientia senex verba formabo, multo gloriosior munus philosopho, qui no[n] regem Macedonum Babylonio peritum veneno, sed ancillam et sponsam Christi erudiam: regnis coelestibus offere rendam.

CIncipit epistola beati Hieronymi ad Eliodorum nondum episcopum exhortatoria: quia illum hortatur: ut domo: cognitis divinitatis relictis ad eremum deo missitaturus accedat, pericula habitationis in urbibus seruis dei et demonum tentatione describens. **U**bi etiam ambitum reprimit sacerdotum ac episcopatus: de periculo illius status edisserens, et eremum ac solitudinem effrenens: ad extremum futurum iudicium representans.

¶ Epistola.

Quanto amore et studio contenderim: ut pariter in eremo moraremur conscientiam mutuam charitatis pectus agnoscit, qui bus lamentis: quo dolore, quo gemitu: te abeunte profectus sim: iste quoqz litterae testes sunt, quas lachrymis cernis inter litas. **E**rum tu quasi parvulus delicatus contemptum rogantis per blandimenta souisti, et ego incautus: quid tunc agerem nesciebam. **F**acere: **S**ed quod ardenter volebam, moderate dissimulare non poteram. **I**mpeius obsecrare: sed audire nolebas: quia similiter non amabas, quod vnu potuit: spreta charitas fecit, quem presentem retinere non valuit: queritur absentem. **Q**uoniam igitur et tunc abiens postularas, ut tibi postquam ad deserta migrassem in uitatoria ad te scripta transmitterem, et ego me facturum promiseram. **I**nuito. **J**am propera. **N**olo pristinarum necessitudinum recorderis. **N**udos amat eremus. **N**olo te antiquę peregrinationis terreat difficultas. **D**u[is] in Christum credis, et eius crede sermouibus. **D**u[is] erite primum regnum dei, et hec omnia opponentur vobis. **N**on pera tibi sumenda, non virga est. **A**ffatin dives est, qui cum Christo pauper est. **S**ed quid agor? **R**ursus unpronidus obsecro, **A**beant preces, blandimenta discedant. **D**ebet amor Iesu irasci,